

Andreas Mylius Johann Schelhammer


Disputatio Critica Posterior, De Interpretatione Scripturae

Regiomonti: Segebadius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78650238X>

Druck Freier  Zugang





A-D A. Ob 52 b. 6.
 A-K A. H
 267
 A-F A-C
 207 A-E
 A. B A-D
 347 A-D
 A. B A-F
 A-G A-D
 A-E A-F
 A-C A-G
 A-F A-C
 A-H A-C
 A-C A-B
 A. B A-C
 A-E A-B
 A-F 387
 A-D 327
 A-C
 A. B
 A-C
 A-C
 A-D
 A
 247
 A-F
 A-D
 A
 31
 A. B

52

Fa-1092 (52.)


DISPUTATIONES THEOLOGICAE MISCELLANEA.

Tomo hoc XCVII. comprehensas.

Scrutinium Scripturae Sacrae. Pr. D. M. P. 1.	De Triplici Officio Christi. Pr. 25.
Conformitas Iudeo-Papistica in loco 2.	J. Michael Behm.
de Scriptura Sacra. Pr. D. M. Gezer. 3.	De Problemate Theologico. Pr. 26.
de Analogia Fidei. Pr. D. J. Calovia 4.	culus Fidei de Ascensione Christi
de Interpretatione Scripturae S. L. Nylis 7.	in Coelis quicquam demget vera
de SS. Scripturae Auctoritate, Perfectione 5.	Corporis et Sanguinis Eiusd. Prae
ac Perspicuitate. Pr. M. El. Veselio 6.	sentia in S. Coena. Pr. D.
de Hermeneutica vera et falsa. ad 2. 6.	Selestino Nylenta.
Pet. 1. 7. 20. 21. Pr. D. A. Hebelig. 7.	De Penitentia Pastorum Nivivi
de Cognitione Dei definitiva, an detur 7.	tica. ad Ion. c. 3. comm. 2. 8. Pr. 27.
Pr. M. Joh. Weimmamo. 8.	Joh. Fulencio Mayero. Licent.
de Sanctissimo Trinitatis Mysterio. Pr. 8.	De Sigillo Confessionis. Pr. D. Joh. 28.
Sebast. Niemamo. 9.	And. Quastell.
de Personarum divinarum distinctione, 9.	De Numo Confessionario. Non Pr. 29.
an et quanam illa sit. Pr. Codem 10.	Pr. Niem. Complent. Math. 3. P. Müller
de Actione Dei prima in tempore, q. 10.	De Satisfactionibus propriis pro peccatis
dicatur Creatio. Pr. M. Joh. Weimmamo. 11.	in hac Vita. Pr. D. Joh. Behm.
de Permissione divina circa peccata. Pr. 11.	De Regula Juris Naturae. Pr. D. Vesel.
J. Christiano Chemnitio. 12.	De Confucto Pontificiorum Septe-
de Apparitionibus Demonum. Pr. D. Joh. 12.	nano Sacramentorum Numero.
Meisnero. 13.	Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo.
de Natura et Quidditate Luminis Glo- 13.	De Baptismo. Pr. M. Lev. Pouchenio
ria. Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo. 14.	Quaest. Cas. Cum Abstemys quid
de Peccato Veniali. Pr. Codem. 14.	Agendum in SS. Synaxi. Pr. 34.
de Peccato in Spiritum Sanctum. Pr. M. 15.	Analys. quast. 1. Cor. 10. Pr. 35.
Joh. Weimmamo. 16.	D. Joh. Behm.
de Phrasi Scripturae, qua Deus dicitur 16.	De Fide in Messiam Patriarchali.
Indurata Excoerere. Pr. D. S. Schmidt. 17.	de Genes. 22. 18. Pr. D. S. Schmidt.
de Verbo Liberi Arbitrii in Conversione. 17.	De Donis Operibus. Pr. M. I. Weimmam.
Pr. D. Sebast. Niemamo. 18.	De Donis Operibus. Pr. D. S. Niemamo.
de Actione Dei prima ab aeterno, qua 18.	De Donis Operum Necessitate. 39.
dicatur Praedestinatio. Pr. M. I. Weimmamo. 19.	Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo.
de Phrasi Scripturae, Deletionis à libro 19.	Jacq. Clavis Ligantis. Pr. D. Jamhayer.
Vitae. Pr. D. Sebast. Schmidt. 20.	Tib. nova p. 7. de novis exis.
de Foemina Circumdante Virum tan- 20.	Excep. v. 1. Pr. G. Greenio.
quam novo, quod creavit Dominus. ex 21.	Purgatorium exustum à Papistas.
Verem. 21. 22. Pr. Harichhorstio. A. 21.	Pr. D. Joh. Adamo Scherlero.
de Aphorismo Joh. 1. 14. Verbum Caro 22.	De Reliquis Christi et Sanctorum
factum est. Pr. M. Joh. Weimmamo. 22.	Carum cultu. Pr. D. S. Niemamo.
de Aphorismorum Theolog. de In- 23.	De Resurrectione Mortuorum. 44.
caratione Filii Dei Domini X. I. C. 23.	Pr. M. Lev. Pouchenio.
Pr. Codem. 24.	De Resurrectione Impiorum. Pr. 45.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. 16. 24.	D. Johanne Meisnero.
de Deo manifestato est in carne. 24.	Omnia Empedias Promissionis
Parabellima Calvina Newtonanus. 24.	Adventus Christi Ulmici. Pr. D. Weimm.
Pr. Johanne Adalno Scherlero. 24.	De Gemitu Creaturae intelligentis.
	Pr. D. I. Christophoro Otone.
	De Appellatione ad supremum Ju- 48.
	dicem Iesum Christum. Pr. E. Gerharo.
	Faciculus Viventium. Pr. 49.
	Sebastiano Schmidtio.
	Hopffaw. Augustano.

Collecta à M. Antonio Ulrico
Comp. Tubinga. Anno. 1680
d. 14. Junij.

V.



4.2.

בִּיקוּחַ

DISPUTATIO CRITICA
POSTERIOR,

De:

INTERPRETA-
tione Scripturæ.

Quam

*Loco Ordinaria proponit, & subsequituris
disputationibus præmittit*

M. ANDREAS MYLIUS

Ebr. Ling. P.P.

Respondente

IOHANNE SCHELLHAMMERO,

Hamburg.

*In auditorio Majori, die 26. Martii horis
matutinis ventilandam.*

REGIOMONTI

Typis Laurentii Segebadii,

M. DC. XXXVIII.

31
71
6 37
2
28
4
26
4
4
4
4
1
1
1
1

*Admodum Reverendis, Clarissimis, Pietate, Vir-
tute & Eruditione Excellentissimis*

VIRIS,

DN. JOHANNI BOTSACCO, SS.
Theol. Doct. Gymnasii Gedanensis Reçtori,
Theol. & Ebr. Ling. P. P. Ecclesiz Christi in-
variantz Augustanz Confessioni, ad S. Trinitatem, ad-
didiz, Pastori vigilantissimo.

DN. ABRAHAMO CALOVIO, SS.
Theol. Doct. Venerand. Facultatis Theolo-
gicz in Academia Regiomontana Adessori
dignissimo.

DN. M. NICOLAO STAPHORST.
**DN. M. SIGISMUNDO PH. SCHELL-
HAMMERO,** Verbi Dei in zde Petrina Hambur-
gi Ministris fidelissimis, meritissimis,

Nec Non

Spectatissimis Humanissimisq; Viris,

DN. JACOBO VOR POORTEN ADR. FIL.

DN. PETRO BECMAN.

DN. EBERHARDO FERBER, in inclyta Ham-
burgensium Republ. Mercatorib. primariis.

DN. ANDREE WITZSCHER, apud Regio-
montanos Negociatori florentissimo,


Dn. Mecanatibus, Præcept. Adfini. Parenti, Cognatis, Hospiti,
Epergetis & Favitoribus summo honore Prosequendis,

In debita venerationis & pie gratitudinis τιμησιον

Hoc γράμμα Criticum

sacrum nuncupo

Iohannes Schellhammerus.



Absoluto, per DEi gratiam, priori canone, de Interpretatione Scripturæ, proponemus alterum etiam, quem ut feliciter expediamus, DEum precamur devoto animo. Erit ergò hujus Disputationis argumentum canon, qui sequitur;

Felix Interpres Scripturæ à propria, nativa & primaria vorum, omniumq; particularum significatione, nisi inevitabilis necessitas cogat, ne recedat.

Nulla enim in Scriptura certitudo esset, si in vocabulis ita ludere liceret. Ut autem eò melius amplissimus hujus canonis pateat usus, uno ac altero exemplo eundem illustrabimus: Ut

Dan: 2. v. 46.

נְבוּכַדְנֶצַר נָפַל עַל אַנְפוּהוּ וּדְנִיָּאל סָר:

Vulg. versio Nebucad; cecidit in faciem suam,
& Danielelem adoravit.

Psalms: 99. v. 5.

הַשְׁתַּחֲוּ לַהֲרֹם רַגְלָיו:

Vulg: Adorate scabellum pedum ejus.
Bellarm. l. 1. de cultu Sanctorum c. 13.

ex his locis cultum minorem divino, majorem tamen civili sacris rebus, sanctis Angelis & hominibus deferendum probat: sed quàm ineptè contra datum canonem probet, paucis videbimus.

Locum isaq; Danielis quod attinet, dicimus Primò:
verè divinum cultum ibi describi, non divino minorem.

G quod

Resp.
Johannes
Schell-
hamme-
rus Han-
burg.

quod probamus (1.) In genere, quia ubiq; hac vox כָּרַע incurvavit se, in curvando adoravit, in codice, designando cultui divino adhibetur, ita ut significet prostratus oravit, precibus הַרְבֵּבָה conceptis. Nam apud Esaiam hac vox quater occurrit, ut Esa. 44, v. 19, 15, 17, cap. 46, v. 6. & notat cultum, idolo, quod Deus nominabatur, & ut Deus in auxilium vocabatur, delatum. Sic etiam in Daniele de Idolo à Nebucadm. erecto כָּרַע usurpatur, ita ut divinum honorem notet, qui Regis jussu ficto DEO deferri debebat, Dan: 3, v. 6, 7, 8, 10, 11, 12, 14, 15, 18, 28. extra quæ loca (presenti excepto) non occurrit, vide concordantias Ebræas & Chaldæas, item Eliam Levitam in suo מִתּוֹרַמֶּן ubi idem testatur, & insuper citat Paraphrasin Chaldæam, quod vocem יִשְׁתַּחֲוּ Gen. 18, 2. (quæ vox sanè divinum ibi cultum notat) voce כָּרַע reddat. A nativo itaq; hujus vocis usu, & propria potestate, nisi inevitabilem necessitatem probarint Pontificij, nunquam decedemus. (2.) In specie ex loco presenti, ubi praesupposito (facile omnium rectè judicantium consensu) hoc, quod nimirum eidem in textu dicantur מִנְחָה & נִיחּוּחִים i. e. sacrificium & odores oblati, quem Rex adoravit, ita colligo: Qualis cultus est cultus sacrificiorum, talis etiam erit cultus precum uni eidemq; subjecto, juxta hunc textum delatus: Jam cultus sacrificiorum merè Divinus est, non divino minor: Ergo &c. Major certa est, Cultus enim ejusdem subjecti uno eodemq; tempore ei delatus, non potest in se divisus esse, ita ut se minor & major sit. Minorem probamus quia sacrificia soli Deo destinata esse, & Leviticus docet, & Regis Ezechia Zelus probat, qui confringebat serpentem aneum, cui Israelitæ suffitum fecerant 2. Reg: 18 vide Gerhard: t. 8. p. 839. Item Bell: c. ubi ex-
prese

preſe ſcribit ſacrificium non deberi niſi ſoli Deo. Sed dicis h. l. ſacrificia his vocibus מנחה ניהוח non intelli. Hac quidem Bellarm: mens eſt; verum 1. Concordantias Ebraas & Chaldaas ſi conſuluiſſet Bell: vidiffet nullibi vocem מניהוח vel ניהוח uſurpatam, niſi de ſacrificio vel vero Deo, vel Deo ficto delato: ita ut hanc codici uſitatam ſignificationem, nulla urgente neceſſitate h. l. relinquere, & inde cultum ſacrificiali i. e. divino minorem agnoſcere opus non fuiſſet 2. Sicuti Bell. nullo unquam loco ſcripturæ probare potuit, odores voce מניהוח notatos nudo homini unquam delatos eſſe: ita frigide probat, quicquid extra ſcripturam, Romana Eccleſia, imaginibus ſuaes odores deferentis, probat exemplo. 3. Bell: ut fluctuanti animo ſatisfaciat, non planè à nobis alienus, idem ipſe tandem aſſerit, his verbis: Si hoc non placet dicam cum Hieronymo & Theodoro, Regem obtuliſſe ſacrificia Danieli 1. e. Deo Danielis Confer de hoc Gerhard: tom. 8. p. 828. Conſtat itaq; ex his vocem מנהוג nativo ſuo uſu, & ſignificatione, ſicuti a libi, ſic h. l. cultum merè divinum ſignificare, & מניהוח non odorem nudum, ſed ſacrificialem Deo deferendum in codice notare, quod eouſq; tuemur, uſq; dum inevitabili abſurditate Pontificij id nobis extorſerint.

Secundò cultus h. l. deſcriptus non defertur Danieli, quod Bellarminus, ejuſq; aſſecta volunt, nam 1. cum juxta præcedentia hic cultus merè Divinus notesur, ſoli homini non competet. 2. Particula ה primariò dativ, caſus nota eſt, unde & Buxtorf. in Theſ. pag: mihi 76. eam communiter Dativam ſignificare ſcribit, quod & Glaſſius facit in Gram: ſacra p. 676. quo etiam inclinat Bell. ipſe qui in Inſtit: Gram. p. 135. hunc uſum particula hujus reliquis præponit. Hinc ד ה hoc etiam Danielis loco dati-

dam illam vim obtinere statuimus, usq; dum Pontificij hie
 itidem ex inevitabili necessitate accipiendum esse Accusa-
 tivum (quod nunquam praestiterunt, cum eo tamen, juxta
 vulgati interpretis versionem, Bell. argumentum imprimis
 nitatur, confer eundem l. c. ad Ps. 99. 5. adore scabellum
 pedum ejus) probarint. Sensus itaq; erit hujus loci satis con-
 veniens: Nebucadn. Danieli prostratus, oravit precibus theo-
 craticis conceptis, quod cum Lutheri versione convenit, Et
 betete an für dem Daniel sicuti tempore N. T. gentiles in
 prima sui conversione, in cœtu Ecclesiastico facere solebant,
 I. Cor: 14, 25. Confer Theophylactum in h. l. qui cum gen-
 tilibus hisce Nebucadn. comparat. Sed instas pro Bellarmi-
 no, τὸ ἵ tamen, ut ut nota Dat. Casus sit, precum objectum
 convenienter notare posse, prout idem observatur Esa: 44.
 v. 19, 15, 17. At respondemus: 1. Nullam esse consequenti-
 am. τὸ דגך hoc vel illo loco precum notat objectum, me-
 diante ל, ergo ubiq; id facit: Sicuti, ex mente Vulgati eti-
 am Interpretis, non sequitur τὸ השתחוה notat aliquando
 precum objectum mediante ל ut Gen: 24, v. 48. &c. vid:
 concordantias, ergo etiam Ps. 132, v. 7. ubi tamen vulga-
 tus Interpres τὸ דגך להדם non de precum ob-
 jecto accipit, sed longè aliter vertit, nimirum adorabimus
 in loco, ubi steterunt pedes ejus, Confer Ps. 99, v. 9. &
 vulgati Interpretis, versionem. 2. Cum non ubiq; ergò τὸ ἵ
 precum objectum notet, sed ubi notam hanc dativam ad de-
 signandum precum objectum textus restringit; Concedimus
 quidem, quod loca citata, qua de Deo ficto agunt, facile
 admittant, ut τὸ ἵ ibidem precum notet objectum, quod
 quia ibi divinum est, benè ibidem respondet huic ipsi verbo
 דגך divinum cultum notanti: Verùm quod id ipsum
 nequaquam h. l. procedat, ex ipsissima Bellarm: Hypothesi,
 qua

qua divinum cultum homini deferendum negat, ita colligimus: Quaecumq; verborum constructio infert divinum cultum, nudo homini exhibendum, illa contra fidei analogiam admitti non debet: Atq; huius loci constructio, qua verbum דַּן regit nomen Daniel, mediante ל, ita ut illud, hoc tanquam precum objectum respiciat, infert divinum cultum nudo homini deferendum: Ergo &c. Major à Bellarm: facile admittitur, & nititur hypothesi ab utraq; parte concessâ, cultum divinum nudo homini deferendum non esse. Minor vera est quia vocem דַּן divinum cultum notare, in genere, & in specie quoad hunc locum, supra probatum est.

Atque hac de loco Danielis sufficiant. Sequitur locus alter, qua præcedentis constructio magis illustrabitur, qui est Psalm: 99. v. 5. Adorate scabellum pedum ejus, qua versio etiam, cum fidei periculo, in presentem canonem impingit. Nam 1. vox חַפְצֵי per se & sua naturâ non adorationem, sed incurvandi (in Hitpaël adhibitâ reverentiâ) significationem includit, quod Ebrææ concordantia demonstrant, & fusè deducitur in thesauro dictionum Chaldæarum M. Abrahami Gibelij, quò Lectorem remittimus. Licet autem LXX. hanc vocem reddiderint vocabulo προσκυνεῖν adorare, non potest tamen à versione hac dependere sacer codex. Et laudamus candorem. Sim: de Muis Pontificij Interpretis, qui ipse in suo commentario vulgatam versionem, juxta nativam vim vocis, & hunc canonem, in margine ita corrigit: Incurvate vos scabello 2. דַּן hic etiam sicut in dicto præcedenti merito nativam suam vim dativam servat, u. g. dum inevitabilis necessitas aliud svaserit. Accusativum certò non admittit incurvandi significatio, nisi absurdè (consentientibus

etiam facile Pontificis) Ebraas voces interpretari velimus, incurvate vos scabellum. Imò si necessario constructio hac Ebraa Accusativo reddi debet, utiq; vulgata versio peccavit, quòd alijs in locis Accusativum hunc non expressit. Vid. hunc ipsum Psalm. 99. vers. ult. ubi vulgatus interpres ita habet: adorete קָרַב in monte sancto ejus, quod tamen Sim. de Muis l. c. iterum corrigit. & in margine $\text{וְ$ incurvare movit restituit, sicuti etiam idem, secundum Ebraam veritatem, h. l. in suis Bibliis Pagninus observat. Confer Psalm. 132. v. 7. ubi vulgata versio eandem phrasin, qua presenti Psalm. 99. occurrit, ita exponit: Adorate in loco ubi steterunt pedes ejus, quod Pagninus in suis Bibliis, ex nostra mente, reddit, incurvate vos scabello pedum ejus, consentiente Sim. de Muis in h. l. ubi Bruno Episcopus Herbipolensis in suo Psalterio hanc phrasin, non de objecto precum, sed de loco, in quo adoratio fieri debet (nimirum Ecclesia) exponit. Erit itaq; citra omne absurdum, vi Dat. casus, hujus loci hic sensus, ut orantes locum sanctum, à Deo destinatum accedant, vel versus illu se convertant, juxta illud Psalm. 5. s. 2. Chron. 6. v. 2). 29. 32. 34. 38. & Dan. 6. v. 10. quo loco Danielis expresse ipse vultus, versus locum à Deo destinatum, directio, corporis incurvatio, & ipsa precatio cum ejus objecto distinguuntur, ita ut duo hac confundere non liceat. Vim hanc Dat. part. וְ sensu convenienti reddit Tremell. qui hunc locum ita vertit: Incurvate vos ad scabellum ejus. Lutherus itidem bene habet, Betet an zu seinen Fußschemel / quod etiam in editione priori expressit, qua ita legit, Betet an zu seinem Fußbancf. Reliqua qua Theologi circa hunc locum urgent, vide apud eosdem, imprimis M. Abrahamum Gibellium

19.

lium in denominato Thesauro. *Hac etiam de hoc scriptura dicto sufficiant, ex quibus vel tyro colliget, quàm absurde Bell. & Pontificii alii suam sanctorum adorationem, contra datum canonem probent, dum horum locorum voces, à primaria & nativa significationis vi, alio detorqueant, tm. ut, quàm possint ratione, obtineant, quod semel, non sine insigni Ecclesie damno, defendendum susceperunt.*

Huc etiam sequentia loca, quæ fufius proponi non possunt, referenda sunt :

I.

Locus Gen. I. v. 26. **וַיֵּצַא אֱלֹהִים** Faciamus hominem &c. *Pluralitatem personarum in Trinitate probat, Non enim quicquam impedit, quo minus hujus loci pluralem verè pluralitatem & quidem in divinitate notare, dicamus : quicquid hic etiam Judæi disceptent, vide Conciliatorem Menasse ben Israel.*

II.

Probabilius est, quod Jephthe filiam suam Deo & divino cultui consecravit, quam quod eam sacrificavit. Probabilius etiam est **וְ** **וָ** ibidem esse disjunctivum, quàm conjunctivum. Ita enim contextus & ratio urgent, ut usitatori significatione relicta, hanc amplectamur. Confer Glass. Gramm. sacr. p. 642. & D. Frantz. de Interp. scripturæ orac. 71. qui etiam Brentii auctoritatem addit.


III.

Ut ut **וְ** **וָ** pro composito verbo Invocavit, sumi possit : non tamen id Gen. 48. 16. unde Pontificii sanctorum invocationem probant, fieri debet, ut dum necessitas docuerit, compositam significationem simplici, Vocavit.

vit, præferendam esse. Non rectè ergò vulgatus Interpres habet, invocetur nomen meum & patrum meorum super eos: sed verè debebat, vocetur in eis nomen meum & nomen patrum meorum. Vid. Glaff. Gram. fact. p. 213, & Vind. Script. Helvici p. 121. &c.

Posset adhuc alius canon Interpretationis addi, de textus antecedentibus & consequentibus: verùm cum nostri instituti sit, ea tantùm proponere, quæ nudam phrasin concernunt, & Ebraeæ linguæ professio imprimis admittit, non totum contextum, cuius diaeresis potissimum Theologorum est, ad Theologos & imprimis Doct. Frantz, tractatum de Interpret. script. lectorem remittimus, ubi canon hic diligentissimè inculcatur. Quod restat, æterne Deus, misericors Pater Iesu Christi, tibi gratias agimus, quod in hoc labore, tuo Spiritu ductore, hucusq; progredi licuerit. Confirma bonum hoc opus, quod in nobis operatus es, ut quod superest laboris, feliciter quoq; perficiamus, & in tui verbi studio indies proficiamus, donec te in cœlo, unà cum Filio & Spiritu sancto in perpetuum celebremus, Amen!

Ad



Ad Eruditissimum

**JOHANNEM SCHELL-
HAMMERVM, Resp.**

Insituant hostes vario conamine pugnas,
Hinc & linguarum tradita falsa docens.
Tu contrà pugnas, linguam linguâq; refutas,
Quod studium lingua prosperes ipse Deus!

M. Andreas Mylius
Ebr. Ling. P. P.




VT mihi, Jane, tuis fortuna inimica negasset
Civibus adscribi, & sociis, ramen alite dextro,
Ingenium studiumq; tuum miratus, utrumq;
Affirmem egregium, veri solius amore :
Nunc etiam tanto magis hoc injungitur illi
Quantò nostra fides utriq; probator esse
Annis retrò aliquot cœpit, cum tempore crevit.
Omnia quid memorem ? rerum fastigia tangam.
A puero ingenuas didicisse fideliter artes,
Quantum vectigal, cunctis ostendere quondam,
Schellhammer, volens, noctes junxisse diebus,
Noctibus atq; dies, poterat : neq; fessus agendo,
Cæpto desistis, bona consuetudo, recepta,
Et servata tibi, in naturam versa videtur.

Ne

Ne tua spes frustrata, doces, quid possit acutum,
Adjutum studio, ingenium, dum pulpita scandis
Publica, de sacris & dicere fontibus audes,
Ingenii & studii documentum insigne daturus,
Carpere perge viam, audacem Deus ipse juvabit,
Omnia fausta precor! Tu me non esse Poëtam
Ostendes, veris multoq; minora locutum.

Intimo suo gratulans f.

M. Bartholdus Bever Hamb.





TU Schellhamere mihi post raros charus Amicos;
Te (peream!) si non pectore semper amem.
Hoc faciunt niveo nivei sub pectore mores;
Ingenii hoc faciunt nobilioris opes.
Quas hic exprimis, Regali in monte Borussum,
Dum jam rimaris lemmata sacra sagax.
Perge ita sic quondam tibi gloria surget Olympo
Æmula, in æternos non moritura dies.

Amicorum dulcissimo adpl.


Iohannes R ichardi Hamb.











19.

quia dictum est: Ad apprehendendum alas ter-
 mpij ex illâ. Verùm, Latine detextis Rabbino-
 que judiciis variis missis, conferimus nos ad
 sententias, quibus potius mens sana in corpore
 s progressum ad

Membrum Tertium.

e Judæorum communiter hanc loquendi for-
 altera vitâ intelligunt, quòd, quamvis pii in
 rba patiantur, tamen in alterâ arctissima ne-
 culandi cum DEO, veluti ex præcedentibus
 x R. Salomone, R. Levi, R. Kimchio, quam-
 tiat: Ita contrâ I. reperiuntur haud pauci ex I. Sentetia.
 ribus, qui verba loci citati tantùm de Con-
 ris vitæ periculis accipienda putant. Confer. D. Frantzi?
 arrin. Delrio, (b) quorum iste, fors, inquit, vi- a) De Inter
 diurnam, ut à DEO illigari Fasciculo Viven- pret. Script
 EO sedulo & diligenter curari, custodiri & con- Sac. Orac.
 m (nam Anima hic vitam hanc presentem signi- 69. p. 821.
 adimat, sed ne quidem perturbet, ut indicat op. & seqq.
 in funda. b) Adagial.
 V.T. Adag.
 185. p. 197.

ous, eandem planè sententiam fuisse D. Ioh.
 precantis est, inquit, Sit Anima tua servata à
 e. numero Viventium. Hoc est, Tua vita custo- c) D. Ioh.
 a inter vivos, vita autem adversariorum verti- Bugenh.
 ii DEI intereat, ut nesciant, quo se vertant. Sic Comment
 (d) arbitratur: Commune tum fuisse, in populo in Sam.
 consuetudinem, haud dubie à Patribus acceptam, Proph. Wit
 colligere pios in fasciculum & fovere in gremio tenb. 1524-
 homines solent, id quod sibi charum & antiquum d) Hieron.
 ryare. Voluerunt autem S. Patres hac figurata Weller.
 unioribus ac imperitioribus, pios cura esse DEO, Comment
 haberi pretio, & conservari ac protegi contra in h. l.
 li & Mundi.

em sensum facere videtur Savelius. (e) Fascicu- e) Sanctius
 rationem significat eorum maxime, qui eadem vita in h. l.

C 2

insti

ad h. l. ita comment. Deus te in periculis
 am fasciculo involutum, inter eos, quos Deus
 vult. Ergo vita postea in potestate
 nisi DEO permittente.

